



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De seruitute miseriae & mortis, à quibus asserti per victoriam Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Rom. 8. &
ad Gal. 4.

monium spiritu nostro quod sumus filij Dei, quādo sentimus nos haudquaquam accepisse spiritū seruitutis in timore, sed spiritū amoris & adoptionis: in quo clamamus Abba pater, siquidē nō timemus eum vt serui qui plus metuūt pœnā quā dominum, sed amamus vt filij patrem, seruiamus ei & obseruamus eius iussa amore.

Rom. 8. &
ad Gal. 4.

Qui tales sunt filij, sunt hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. Ipsius autem baptismi vis tota vita exercenda est, vt illa concupiscentia radix omnis peccati sensim eradicetur, donec absorbeat quod mortale est, idque mortificatione & abnegatione sui.

2. ad Cor. 5.
Rom. 6. &
8. & 2. ad
Cor. 4.

CAP. 16

De seruitute miseriæ & mortis, à quibus asserti per victoriam Christi.

Rom. 8.
Iob 14.



EX seruitute culpæ (de qua supra) fusissimè sequitur durissima illa captiuitas innumerarū calamitatum de quibus Rom. 8. & Iob. 14. Fames, sitis, frigus, calor, egritudines, quas Physici dicunt esse trecentas, quibus subijcitur miserū corpus humanum. Vnde Salomon cū memoraf-

set bonam partem calamitatum huius vi-
tæ, Laudauit (inquit) magis mortuos quã *Eccles. 4.*
viuentes, & fœlicioſiorem vtroque iudica-
ui qui necdum natus eſt nec vidit mala
quę ſub cœlo fiunt. Vnde Thraces ex So-
lino lib. 2. Lugebant natales filiorum &
gaudebant in eorum morte. Puer incipit
vitam à fletu, nec ante 40. diem oſtendit
ſignum lætitiæ. Aiunt quendam Philo-
ſophum exiſtimaffe præcipuum bonum
hominis non naſci: ſecundum autem ſi
illud non contigerit, citò mori. Vnde A-
gamedes & Trophoniſus ædificato tēplo
Apollinis Pythij, orantes ſibi dari quod
optimum eſſet, cum obdormiſſent nun-
quam deinde ſurrexerunt vnde Poeta de
Amphirao,

Iuppiter hūc totis animis, hūc magn⁹ Apollo

Diligit, & iuſti metas non attigit æui.

Quam ſuperi miſerum ſtamen mortalibus æui

Neuere, vt viui deſtenda per omnia durent.

Præcipua miſeria quæ conſequitur pec- *Gene. 3.*
catum eſt ipſa mors, ex peccato illata ho- *Rom. 5. & 6.*
mini cuius captiuitas omnibus eſt com- *1. ad Cor. 15.*
munis, nullus expers eſt illius. Quis eſt *Eccle. 25.*
qui viuet & non videbit mortem? Siqui- *Pſal. 88.*
dem omnes morimur, & quaſi aquæ di-

labimur in terram quæ non reuertuntur.
 2. Reg. 14. Quemadmodum enim seruus timet Do-
 minum sic & homines mortem, Christo-
 stom. Qui mortem formidat seruus est,
 & omnia sustinet ne moriatur, de quo
 Hebr. 2. Hebr. 2. Liberaret eos qui per totam vi-
 tam, timore mortis, obnoxij erant seruitu-
 ti. Id quod plus facit mortem formida-
 bilẽ est mortis aculeus qui percellit nos
 & ducit ad mortem æternam, in qua de-
 tinentur captiui ligatis manibus & pedi-
 bus: vnde nulla est assertio Iob. 7. Qui
 descendit ad inferos non ascendet nec
 reuertetur vltra in domum suam. Adde
 etiam quod sine Christo authore vitæ &
 qui primitiæ est dormientium, perpetuo
 cõclusisset homines mors, vt nullus fuisset
 vnquam suscitatus. Idcirco gẽtes quæ
 virtutẽ Christi ignorarunt, inficiatæ sunt
 resurrectionem mortuorũ Act. 17. & 26.
 Act. 17. Ex Hebræis etiam Saducæi qui cum Epi-
 & 26. curo, Dicæarco, Leucippo, Democrito,
 & Plinio negabant æternitatem animo-
 rum Matth. 22. Hactenus de tyrannide
 Matth. 22. mortis quam confecit sua morte Chri-
 stus, vt possimus nunc illi insultare. Vbi
 1. ad Cor. 15. est mors victoria tua, vbi est mors aculeus

tuus? &c. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum, qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per euangelium, 2. ad Timoth. 1.

2. ad Tim. 1.

Quomodo liberati à captiuitate mortis per Christum triumphatorem. C A P. 17



Multi arbitrati sunt mortem ex conditione naturæ hominibus cōtingere, tametsi natura ipsa meditetur perpetuitatem & illam desideret. At longè aliud nobis promittit diuinus sermo Rom. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors. Idem 1. ad Corinth. 15. Initiū siquidem peccati à muliere, & per illam omnes morimur. Christus autem sua morte nactus est victoriā contra peccatum. 2. ad Cor. 5. quod est mors animæ Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & causa mortis corporis & inferni qui ex peccato ardet. Debellator peccati debellauit & mortē foetum peccati. Oze. 13. O mors ero mors tua, de qua 1. Petri 3. Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæ-

Rom. 5.

1. ad Cor. 15.

Ecc. 25.

Rom. 6. & 8

2. ad Cor. 5.

Esa 53.

Ioan. 1.

Oze. 13.

1. Pet. 3.